Hs. 13

1158 vocat consilium, quomodo urbes Italie sibi fideles
habeat, querit. Qui ei tale dant consilium, quod
eos, quos per civitates Italie sibi fideles habet, per
)folgt Rasur von 2 Buchst. P suos nuntios eos ibi suas constituat potestates,) quos
ipsi consules nominant. Quod imperator laudans
usque ad tempus huic rei co^{n}mpetens in corde
suo recondit. Ea finita curia principes Italie ad
propria redeunt. Imperator vero nullo prohibente
per Lonbardiam, qua volebat, ibat. Imperator deni-
(-) que Fridericus in civitate Alba, non in ea, quam
Eneas construxit, sed in alia inter civitates Vercellas
)Dat. 2. a korr. P Dez. 25 et Astam, natale) Domini cum suis principibus
celebrat et ibi suum imperiale portat diadema
)felicit, übergeschrieben P feliciter.) His ita peractis consilii Mediolanensium
1159 non inmemor pro ponendis suis potestatibus per
civitates Lonbardie suos dirigit nuntios, videlicet
)übergeschrieben P dominum Danielem, episcopum Pragensem,) Reg-
1159 naldum cancellarium, qui eodem anno Coloniensis
archiepiscopus factus fuit, Ermannum, Verdenen-
sem episcopum, virum sapientissimum, Ottonem,
palatinum comitem de Ratispona, Gidonem